

F176

M37

V. 7 suppl.

Fund Publication, No. 7.

(Supplement.)

EX

AB ANNO 1638, AD ANNUM 1677.



FROM

FROM THE YEAR 1638 TO THE YEAR 1677.

EDITED BY REV. E. A. DALRYMPLE, S. T. D.

**BOSTON COLLEGE LIBRARY
CHESTNUT HILL, MASS.**

PRINTED BY JOHN MURPHY,
PRINTER TO THE MARYLAND HISTORICAL SOCIETY,
BALTIMORE, MARCH, 1877.

P R E F A C E.

WHEN the Maryland Historical Society, in January, 1874, printed the *Relatio Itineris* of Father Andrew White, with the accompanying documents, in consequence of an imperfection in their manuscript copy, the Latin text of the greater part of the Letters of the Jesuit Missionaries could not be given. The last thirty-nine pages of Publication, No 7, therefore, contain only the translation of the portion of the Letters referred to above.

However, in December, 1875, the original MS. of the Rev. Father McSherry, was found amongst the Archives of Loyola College, in this City; and it was, with the utmost promptness and courtesy, at once offered by the Provincial of the S. J., the Rev. Father Keller, to the Society for transcription. From that MS. the following pages have been carefully copied, and at the same time some corrections made in the text of the other parts of the Publication, from this original.

The figures in the text refer to the corresponding pages of the translation; e. g. (61.) means page 61 of Publication, No 7, &c.

A few Notes have been added, wherever it has been deemed judicious, to call attention to some emendation of the text, or more accurate expression of the meaning of the original.

The Editor is indebted to the pains and courtesy of a Reverend friend, for thirty years Missionary of the S. J. amongst the Odjibwa Indians of the North-West, for the interpretation, according to the language of that people, of the Indian proper names, which occur in the Journal of Father White, and the Letters of the Missionaries. The Odjibwa language is a close dialect of the parent stock language, of which that spoken by the Indians of Maryland, Virginia and Eastern Pennsylvania was a member.

E. A. D.

(61.) formavimus ad pietatem, fructu non pœnitendo: in uno autem singularem Dei providentiam et misericordiam veneramur, quæ hominem plurimis in mundo difficultatibus implicatum, et jam demum (62.) in Virginia absque animæ suæ subsidio fere semper viventem, ad hæc exercitia non diu ante obitum suscipienda induxit: Ex quibus ille tantum profecit, ut de optima ratione vitæ deinde traducendæ secum statuerit. Hanc cogitationem vehemens morbus excepit, quem ille summa cum patientia tulit, animo plerumque in Deum fixo, ac tandem sacris omnibus rite susceptis, placidissimè præter morem reliquæ vitæ, quæ molestiis ac inquietudine plena fuit, animam Creatori reddit.

Mortua est etiam nobilis matrona, quæ inter primos in hanc coloniam veniens, animo plusquam femineo difficultates omnes, et incommoda pertulit. Multæ orationis erat, salutis proximorum cupidissima, bene disponendæ familiæ, absolutum tam in se, quam in domesticis exemplar, vivens societatis nostræ studiosissima, moriens eidem benefica: cujus memoria apud omnes ob egregia tum virtutum reliquarum, tum charitatis præsertim erga ægrotos exempla in benedictione est.

INCERTUS AUCTOR ANNO 1639.

Versantur in hac missione Sacerdotes quatuor, coadjutor unicus. Omnes locis longe dissitis, ideo nimirum, quod sic et peregrinæ linguae notitiam

celerius parari, et sacram Evangelii fidem latius propagare sperent. P. Joannes Brocus superior cum (63.) fratre coadjutore in prædio commoratur. Metapannayensi, quod nobis a Maquacomeno rege Patuxensi attributum, quædam est missionis hujus cella penaria, unde pleraque subsidia corporum suppeditantur. P. Philippus Fisherus in præcipuo degit colonie oppido, cui a S^a Maria nomen inditum. P. Joannes Gravenerius in insula versatur Cantiana, inde millia passuum sexaginta. P. Andreus Vitus longius adhuc abest, millia passuum centum et vinginti, Kittamaquundi scilicet, Pascatoe metropoli, apud ipsum loci imperatorem, quem Tayacum appellant, in regia diversatus a Junio mense anni 1639. Causa Patri eo proficiscendi hujusmodi fuit.

Multum is operæ et temporis in conversione Regis Patuxensis posuerat, quæ nimirum votis omnibus expetebatur, tum ob memoriam beneficii accepti (ille enim ut dictum est prædium societati donaverat), tum quod prudentiæ opinione atque auctoritate plurimum inter barbaros pollere ferebatur: jamque ubi initia se dederant, optatus rei exitus futurus brevi sperabatur. Nonnulli quippe regis clientes se ad Christum aggregaverunt, ipseque rudimentis fidei abunde institutus videbatur, cum ecce infelix, primum procrastinare, deinde sensim defervescere, postremo a suscepto consilio palam, penitusque desciscere cœpit. Neque hoc

(64.) tantum, sed animi etiam indicia a tota universim colonia alieni haud obscura dedit. Quam Gubernator prudenter odoratus, de suorum consilio, Patrem a Regis hospitio avocandum censuit, ne vel inopinato barbarus aliquid perfidiae suae et crudelitatis exemplum in innocentem ederet, vel certè ne hoc quasi obside apud regem relicto, impediretur ipse, quominus arbitrato suo persequi injurias posset, si quando palam se Patuxensis hostem proderet.

Cum Imperatores regesque memorantur, nemo animo fingat augustam virorum speciem, qualis aliorum est in Europa Principum. Indici enim hi reges, quamvis summam vite necisque potestatem in suos habeant, et quadam honoris, opumque prerogativa anteant ceteros, cultu tamen corporis prope nihil a vulgo recedunt. Illorum proprium, quo a plebe secernas Principem, gestamen est, vel torques e gemma rudi contextus, vel balteus, vel chlamys subinde conchis distincta orbiculatis. Horum regna angustis plerumque unius oppidi atque agri adjacentis circumscribuntur finibus; quanquam Tayaco multo latior dominatio est, (65.) ad millia passuum centum circiter et triginta, protensa, ejus etiam imperio obnoxii sunt alii reguli.

Ad hunc, Moquacomeni desperata salute, se P. Andreas contulit, et ab eo, vel ipso primo congressu perbenignè habitus, usque adeo sibi devinxit virum, ut exinde in summo apud eum tum

amore tum veneratione fuit. Cujus rei vel id maxime argumento est, quod Patrem nullo alio præterquam ædium suarum hospitio uti voluerit. Neque quidquam Imperatrix conjugii suo de benevolentia in hospitem concedit, quippe quæ manibus suis (quod etiam Thesaurarii uxor libenter factitat) et cibos ei condire, et panem pinsere, non minori cura, quam opera consuevit. Hujusce tam singularis in Patrem amoris causa, ad duo somnia (nisi alio nomine dignanda censeas) accepta referenda est. Alterum Uuanno oblatum germano Imperatoris fratri, quem ante se regnantem e medio sustulit. Is enim secundum quietem visus est P. Vitum et P. Gravenerium coram intueri, vocemque insuper audire monentem: hos deinceps viros esse, qui ipsum cum gente sua universa ex animo deligerent atque ea secum bona deferrent, quibus si vellet, beatus esse posset. Hinc tam viva ignotorum hominum species in mente ejus impressa resedit, ut vel primo (66.) aspectu ad se venientes noscicaret, quos deinceps singulari semper benevolentia complexus est, solitus etiam P. Vitum parentis compellere nomine, cui et filium sibi apprime carum (ut est gens omnis liberorum amantissima, nunquam fere eos a complexu dimittens) ad septem annos tradere in disciplinam voluit. Alterum Tayaco ostensum fuit, quod crebris ipse solet usurpare sermonibus: quiescenti sibi, nimirum, hinc suum patrem vita defunctum ob

oculos versari visum, deo comitatum quem coleret, coloris obscuri, obtestante ne se desertum vellet: illinc adstare eum suo deo longe teterrimo Snowum quendam, pertinacem ex Anglia hæreticum: ex alia deinceps parte colonie præfectum et P. Vitum objeci, comite etiam Deo, sed multo pulcherrimo, qui vel intactam nivem candore anteiret, visus etiam imperatorem ad se blande allicere. Ex eo tempore tum Præfectum tum Patrem eximio amore prosequutus est.

Haud ita multo post P. Viti ad aulam adventum, gravi morbo in discrimen adductus est Tayacus, cumque arioli quadraginta, remedia omnia frustra tentassent, Pater eum bona ægrotantis venia medicinam adhibuit, pulverem nempe quendam notæ virtutis, aqua benedicta attemperatum (67.) curavitque postridie a puero, quem secum habebat, ei venam incidi ad sanguinis emissionem. Hinc æger melius in dies cœpit habere, nec ita multo post plane convaleuit. Ex morbo recreatus, omnino constituit secum Christianis Sacris quamprimum initiari, neque ipse tantum sed conjux etiam, et filie due, cum necdum ei sit ulla mascula proles. In eorum institutionem nunc sedulo incumbit P. Vitus; neque illi segniter cœlestem capessunt doctrinam, cœlitus enim infuso lumine, veteris vitæ errores dudum compertos habent. Pelles quibus hactenus induebatur Imperator, cum veste commutavit ad modum nostrum accommodata; nonnullam etiam

dat operam linguae nostrae ediscendae. Relegatis a se pellicibus, una degit contentus uxore, ut eo liberius, (sic ait enim) Deo vacet. Iis diebus carne abstinet, quibus legibus Christianis id cautum est, et homines haereticos secus facientes, vel eo nomine malos christianos censet habendos. Sermone spirituali admodum delectatur; et sane terrenas opes praecaelestibus nihili ducere videtur: ut aliquando apud Gubernatorem professus est, quo ei demonstrante, quanta commoda ex Anglis (68.) mutua mercium permutatione percipi possent, nae ego, inquit, isthoc parvi facio praehoc uno emolumento, quod iis auctoribus, in veram Dei unius notitiam pervenerim, qua non aliud mihi magis in votis est, aut unquam esse debet.

Non ita pridem cum regni conventus ageret, in frequente procerum consessu, plebisque corona, praesentibus P. Vito, et nonnullis Anglis, publicè testatus est, consilium sibi esse, una cum conjuge, liberisque, abjurata superstitione patria, Christo nomen dare; non enim aliud uspiam haberi numen verum, quam apud Christianos, neque alibi immortalem hominis animam vindicari ab interitu posse: lapides vero et herbas, quibus hactenus per mentis caecitatem ipse cum iis divinos honores tribuisset, res esse infimas a praepotenti Deo in usum subsidiumque humanae vitae procreata. Quo dicto, lapidem, qui forte ad manum erat, pede protritum longe abjicit a se. Satis in-

dicavit secunda populi admurmuratio, quam non alienis auribus isthæc audiret. Enimvero spes summa est, familia Imperatoria baptismo lustrata, universi imperii conversionem in proclive fore. Interea tam læta rerum principia Deo gratulamur impensè. (69.) recreamurque præcipue, spectantes quotidie ea nunc idola dynastis contemptui esse, quæ nuper in Deorum numero reponebantur.

Alia res non levis memoratu, Imperatorem baptismi cupiditate jamjudum accensum inflammabat magis. Indus quidam, cæso per injuriam Anglo, homicidii reus agebatur, et etiam neci dedendus erat, eo potissimum tempore, quo Tayacus, comite P.Vito, ad coloniam veniebat. Miserum morti destinatum hortabamur, ut Christianis sacris ante mortem rite susceptis, æternæ animæ saluti consultum vellet. Cum ea in re minimè visus esset difficilem se præbere, quantum per sermonis facultatem licuit, inclinatum hominis animum in nostram sententiam quoquo modo impellere nitebamur. Sensit puis Imperator nos linguâ laborare; quare sponte operam detulit suam pro negotio conficiendo. Neque fidi tantum interpretis fungi munere non est gravatus, ea ipsa homini ingerens quæ a Patre Vito inculcanda acceperat, sed de suo etiam nonnulla adjecit tam apposita, tamque efficacia, ut et præsentibus admirationi fuerit, et ipsum denique Indum ad Catholicos partes traduxerit: qui scientia necessaria imbutus (70.) et sacro fonte

ablutus, ad mortem se comparabat, eo maxime modo, qui ipsi præscribatur. Et vero tam vehementi Deum videndi desiderio teneri videbatur, ut supplicium maturari paullo avidiùs eum credidisses. Eximia in ore alacritas eminebat; crebro salutari crucis signo se muniebat; sæpe asseveranter repetebat, quæcumque vel faceret vel diceret non ad speciem tantum fictè simulari, sed ex intimo animi sensu ac sino proficisci. Ut ad supplicii locum perventum est, hilari vultu quæsit an sibi in obitu canendum esset, et cum responsum daretur, Sacrosancta Jesu et Mariæ nomina potius pie usurpando, eos sibi in supremo discrimine propitiaret, momentibus paruit impigrè, et eodem fere momento et vitam et pias voces, præcludente spiritum suspendio, dimisit. Mortuus in cæmeterio nostro humatus est ritu quam solemnissimo, ut vel inde intelligerent Barbari, maleficorum licet scelera execrantes, meritis ea pœnis vindicent Christiani, eorum tamen animas ipsos charas habere, facileque illis conciliari si quando resipiscant. Et certè hujusmodi exemplum elementis et charitatis (71.) in defunctum tanto vehementius eos percudit, quanto ab eorum moribus abhorrebat magis, qui nimirum hostes suos crudelissimè maectatos amicis solent epulandos apponere.

Nemo tamen Tayaco vehementius spectaculo neophyti morientis commotus fuit, quippe qui

exinde impensè institit ut extemplo sibi fieret baptismi copia. Re tamen in consiliis agitata, e majori Dei gloria futurum videbatur, si tantisper id deferretur, dum apparatu splendido in summa celebritate, atque in oculis popularium paragi posset, conjuge etiam liberisque in partem tum felicitatis tum lætitiæ venientibus.

Imperator tandem multis Catholicorum obsequiis delinitus, et prolixa eorum hospitalitate admodum delectatus, eodem P. Vito comite, domum revertitur, quo simul ac pervenit, negotium dat suis templum apparent in Pentecosten proximam, tempus scilicet baptismo præstitutum. In eundem diem Kittamaquundum cogitant Gubernator, cæterique Coloniæ Primores, Christiana videlicet sacra et alteros meliores Tayaci natales præsentia sua, et aliisque quibuscunque poterunt modis, cohonestaturi. Faxit benignus Deus, ut omnibus ea res vertat bene, sibi utique in gloriam, nobis in meritum, genti universæ in salutem.

(72.) Qui animo terrarum orbem circumspexerit, nusquam fortasse reperiet homines, his Indis in speciem abjectiores, quibus tamen animæ sunt, si lytrum attendas a Christo persolutum, cultissimis Europæis nihilo viliores. In vitia quidem proclives sunt, ut in tantis ignorantiae tenebris, tanta barbarie, tamque soluto et vago vivendi modo, haud ita multa: Suopte tamen ingenio mansueti sunt, nec nisi raro in iis animi appetitiones inso-

lentius effèri animadvertas. Aerumnarum patientissimi sunt: contemptum injuriasque facile concoquunt, modo citra vitæ discrimen hæc steterint. Idola vel nulla vel rara habent, quorum cultui magnopere addicuntur: neque apud eos sacerdotes aut Mystæ sunt, ad quos ex instituto sacrorum spectat procuratio, quamvis non desint qui superstitiones interpretantur et populo venditant; sed et hi in vulgus nullo sunt numero. Unum cœli Deum in confesso habent, diffitentur tamen scire se quî colendus, quî honorandus sit: ex quo fit ut hujusmodi scientiam edocentibus faciles commovent aures. Raro illis in mentem venit immortalitatis animæ, rerumve a morte obita futurarum. Si quando tamen (73.) magistrum dilucide hoc enucleantem nanciscantur, perattentos juxta docilesque se præbent: et mox ad animæ curam serio convertuntur, prompti utique ad ea paranda, quæ ad ejusdem salutem facere intellexerint. Ratione facile ducuntur, nec assensum pertinacius sustinent a vero proposito credibiliter. Hæc genti innata indoles opportunis divinæ gratiæ præsiidiis sublevata, spem facit optatissimæ aliquando messis, nosque ad labores in hac vinea continuandos sumnopere animat. Atque eadem profecto, iis omnibus incitamento esse debet, qui in posterum Dei nutu supplementi aut auxilii huc ad nos transmiserint.

Ad Indicæ messis spem accessêre etiam fructus non contemnendi a colonia popularibusque percepti; ad quos solemnioribus quidem anni diebus conciones habentur. Dominicis vero catechismi explanatio. Non Catholici tantum frequentes confluant; verum etiam hæreticorum plurimi haud sine operæ pretio; si quidem hoc anno, omnino duodecim pristinos pertæsi errores in gratiam cum Deo et Ecclesia rediere. Rem divinam quotidie facere non cessant nostri et sacramenta, prout res postulat, dispensare accedentibus: (74.) valentibus denique, ægris, afflictis, et moribundis consilio, auxilio et quacunque demum ope præsto esse contendimus.

AUCTOR INCERTUS, ANNO 1640.

In hac missione fuimus hoc anno sacerdotes quatuor cum uno coadjutore. Retulimus superiore anno quid Spei concepissemus de convertendo Tayaco, seu Imperatore ubi vocant Pascatoe. Ex eo tempore quæ Dei est benignitas spem eventus non fefellit. Accessit enim ille adductis etiam nonnullis aliis ad fidem nostram, ac 5 Julii 1640 cum fidei mysteriis satis esset imbutus, solemniter sacram undam excepit in sacello, quod ob eum finem, divinumque cultum e corticibus, pro Indorum more, erexerat. Hoc eodem tempore uxor ipsius cum lactente infantulo, aliisque ex primariis quem ad consilia præcipue adhibebat, cum suo

item parvulo filio baptismi fonte renati sunt. Imperatori, qui antea Chitomachen audiebat, Caroli nomen, uxori autem Mariæ inditum fuit; reliqui cum christianâ fide Christianorum nomina sortiti sunt. Aderat Solemnitati Gubernator una cum Secretario, aliisque pluribus; (75.) nec ad magnificentiam quidquam deerat, quod nostra exhibere facultas poterat. Post meridiem, Rex et Regina matrimonium Christiano more inivere; sacra deinde crux magnitudinis haud modicæ erecta est; cui ad destinatum locum ferendæ Rex, Gubernator, Secretarius et reliqui manus humerosque accommodarunt: duobus interim e nostris Litaniis in honorem B^e Virginis præcinentibus. At non multo post P. Andraeus Vitus ac P. Joannes Gravenerius suas etiam cruces haud paulo graviores experti sunt. Nam P. Vitus dum in peragendis sacri baptismi cæremoniis quæ longiusculæ erant, incaluisset, in alium denuo incidit, qui eum ad exeuntem usque hyemem tenuit. At P. Gravenerius pedum officio ita destitutus est, ut ne vestigium quidem possit humi defigere: convaluit tamen et ipse, licet postea apostemate laborans, paucorum dierum spatio, 5 Novembris extinctus est.

Cum ex præteritæ æstatis nimia siccitate fames apud Indos ingravesceret, ne eorum negligere corpora videremur, ob quorum curandas animas tantum iter emensi sumus, licet caro admodum

pretio frumentum venderetur, eorum tamen sublevare inopiam panes eisdem subministrando necesse duximus. Has inter (76.) curas simul etiam rebus missionis stabiliendis intenti majorem hyemis partem exegimus. Decimo quinto Februarii Pascatoem appulimus, non sine incolarum præcipua quadam gratulatione et gaudio, qui sane videntur ad recipiendam fidem Christianam bene animati. Haud ita pridem Rex septennem filiam quam unice deligit ad S^ce Mariæ inter Anglos educandam duxit: atque, ubi Christiani mysteria probe pereceperit, sacro baptismatis fonte tingendam. Consiliarius etiam, cujus supra meminimus quam in se Dei benignitatem expertus est in suos derivari cupiens, nihil magis in votis habet, quam ut uxor et filia salutaribus aquis admoveantur; cujus æquissimo desiderio post congruam instructionem Deo juvante fiet satis. Quin et Rex Anacostanorum, cujus territorium non longe dissitum est, secum ut unus e nostris commoretur expetiit. Ex quo non obscure constat segetem minime defuturam nostris, in qua operam cum fructu ponant: quin potius verendum ne colligendæ tam copiosæ messi operarii defuturi sint. Sunt et alia oppida proxime adjacentia, quæ haud dubie si quis illis æternæ vitæ verbum impertiret, ad veritatis Evangelicæ lucem prompte alacriterque accurrerint. (77.) Sed nostris hic adhuc integrum non est aliis adducendis studere, ne nimium cito novellum hunc gregem

deserere videantur. Nec timendum iis erit qui subsidio mittuntur, ne vitæ subsidia desint, cum is, qui vestit lilia et volucres pascit, illius amplificando regno incumbentes a necessariis præsiidiis desertos non sit passurus.

P. Philippo Fishero qui jam S^e Mariæ colonie residet nihil accidisset lætius, quam si Indiæ messi impendere se per eos licuisset, qui illius opera carere nequaquam possunt: Stetit tamen optima voluntati suæ merces; dum enim quinque illi, de quibus supra fuit sermo, baptismi aqua inter Indos lustrantur, totidem, illius admittente industria, sub idem tempus ab hæretica pravitate in Ecclesiæ gremium reducuntur. Qui in Colonia degunt Catholici, iis pietati non cedunt qui in aliis regionibus versantur, morum autem urbanitate, eorum iudicio, qui alias obiere colonias, multum iis censentur antecire. Ubique spes messis affulget, et dum quisque nostrum, (78.) pro suo Marte nunc his, nunc illis iuvandis incumbit, varia intereurrunt memoratu digna: ex quibus duo potissima, reliquis prolixitatis vitandæ causa prætermissis, hic ponentur: in quorum altera divina misericordia eluxit, in altero iustitia.

A. D. 1640. Quo die hæresin quidem erat ejuraturus, et peccata antactæ vitæ per confessionem expiaturus eo absente in interiori parte domus concepta flamma per postem transcurrens ad fastigium usque evaserat. Re animadversa

(non enim longe aberat) vicinum subito compellat, nihil tamen opus reperit: ad alium igitur currit, ubi duos solummodo una irent invenit, et licet toto hoc tempore arderet ignis, domusque ex asseribus siccis esset constructa, prius tamen ei subventum est, quam incommodi quidquam gravioris accideret. Timebant nonnulli ne casu hoc inopinato a conversione deterrendus esset. Longe tamen secus evenit. Domo enim propemodum illaesa, argumentum inde sumpsit Dei sibi propitii, suumque propositum manifesto indicio comprobantis. Quare susceptam fidem cum insigni morum mutatione conjungens, suavissimum (79.) boni exempli odorem in eos qui cum ipso versantur diffundit.

Quidam cum Dei quosdam interiores impulsus senserit ad fidem, spærulas sibi præcatorias conquisiverat: at postea mutato animo easdem in pulverem contusas tubæ una cum suo tobacco in funum resolutas haurire consuevit, sæpe jactitans quo facto sua Ave Maria (sic enim globulos illos vocitabat, quorum ad numerum Angelica salutatio recitatur) comederet. At non diu vindicta divina scelestum facinus inultum reliquit. Anno enim vixdum elapso, redeunte illius diei pervigilio quo propositum suscipiendæ Catholicæ fidei abjecerat petulantius quam alias unquam (prout a sociis animadversum est) sacrilegum scœmma usurpavit. Pomeridiano igitur tempore cum natandi causa ad

flumen se contulisset, vixdum aquas attigerat, cum ingens piscis nefarium hominem ex improvise adortus, antequam se recipere in ripam posset, magnam femoris partem morsu avulsit: ejus justissimæ laniæ acerbitate, intra breve temporis spatium, infelix homuncio e vivis expulsus est: id agente scilicet divina justitia ut qui paulo ante Ave Marianos globulos se devorasse gloriabatur, proprias carnes etiamnum vivus devoratas cerne-
ret.

(80.) AUCTOR INCERTUS, ANNO 1642.

In missione Marylandiæ tres tantum anno 1642 jam elapso habuimus socios, eosque sacerdotes: quorum unus tremestri etiam ægritudine fuit impeditus. Is fuit P. Rogerius Rigbæus: reliqui duo P. Philippus Fisherus Missionis Superior, et P. Andræas Vitus. Qui majoris fructus colligendi causa sese in varia loca dispertivêre. Sup^r P. Philippus in S. Mariæ præcipuo coloniæ oppido majori ex parte mansit, quo cum Anglis, qui frequentiores ibi degunt, tum etiam Indis, non procul degentibus, atque etiam illuc aliunde adventantibus, consuleret. P. Andræas se ad pristinam Stationem Pascatavii contulit. P. autem Rogerius ad novam Residentiam quam Patuxen vulgari idiomate appellant, abibat, quo facilius Indicam linguam addisceret, aliquos etiam neophytos magis in fide erudiret ac confirmaret; fidei



Presented to the Church Historical Society of
America by J. J. Cantuar;
Lambeth Palace
Dec 6. 1876.

que semina latius ad magni illius ripam spargeret.

Laborum fructus hic fere fuit. P. Andræas non-nihil molesti a duro ac difficili Novæ Angliæ navarecho passus, quem sui et rerum necessariarum transferendarum causa conduxerat, (80.) a quo non sine causa postmodum timebat, ne, vel in mare demergeretur, aut una cum rebus suis, in Novam Angliam Puris, viris Calvinistis hoc est, totius hæreseos Calvinisticæ referretur. Deo rem tacitus commendans, tandem salvus appulit Patomacum, vulgo dicunt Patomake: quo in portu ubi primum anchoras jecerant, navis ingenti gelu ita constricta hæsit, ut septemdecim dierum spatio, loco non posset moveri, cum interim Pater, glacie seu terra incedens, in oppidum abiisset, eumque gelu solveretur, navis glaciæ vi impetuque abacta et collisa subsedit, bonis tamen magna ex parte receptis.

Hoc casu Pater diutius in itinere, 9 scilicet hebdomadas, detentus est. Necessè enim habuit aliam navim a S^a Maria appetere. Moram autem istam spirituale animarum lucrum facile compensabat. Adjunctus enim est Ecclesiæ isto spatio, istius oppiduli Dominus cum aliis præcipuis ejusdem incolis, fide Christi ac baptismo suscepto; uti et alter cum plerisque suis; tertius item cum uxore, filio et alio quodam; quartus tamen cum alio apud suos non ignobili loco. Quorum exemplo populus

(81.) paratus est ad fidem amplectendam, cum primum vacuum nobis fuerit eum catechismo imbuere. Nec multo post juvenis imperatrix (ut ipsi eam appellant) Pascatavii in S^{te} Mariæ oppido baptizata fuit, ibique educatur, jamque Anglicam linguam probe callet. Eodem fere tempore, oppidum dictum Portobacco majori ex parte fidem cum baptismo suscepit. Quod cum ad flumen Pamaeum (Pamake appellant) in medio fere Indorum positum sit, eoque ad excursions inde in omnes partes commodius. Statuimus illic Residentiam collocare; idque eo magis quo veremur ne Pascatavium deserere cogamur, propter vicinitatem Sesquehannorum, qui populus est harum regionum maxime ferox et bellicosus, atque Christianis infensus: jamque impetu in locum quendam nostrum facto, homines quos illic habuimus necarunt, bonaque magno nostro damno asportarunt. Ac nisi armorum vi comprimantur (quod minime speramus ob variantes inter se Anglorum sententias) tutum illic nobis non erit. Quare excursions contentas esse oportet; quales plures hoc anno in ascensu fluvii, quem Patuxen dicunt, habuimus, ex quibus hic fructus extitit: (83.) conversio scilicet juvenis Reginae illius loci oppidi, nempe ipsi fluvio cognominis ejusque matris: juvenis item Reginae Portobacco uxoris duorumque liberorum magni Tayae, ut ipsi vocant, hoc est imperatoris, qui superiore anno vita functus est; aliorum insuper

centum et triginta. Modus excurrendi hic est. Navigio seu lembo vehimur. Pater scilicet interpretres et famulus: (interprete enim utimur ut postea dicitur) quorum duo remis, cum ventus vel adversatur vel deficit, naviculum impellunt, tertius clavo dirigit: ferimus una cistulam panis, butyri, casei, farris ante maturitatem exsecti atque siccati, fabarum et exigui farinae. Alteram etiam utribus deferendis, quorum unus vini ad celebrandum, sex aquae ad Baptismi usum benedictae. Capsulam cum suppellectili sacra: et tabulam seu altare sacro faciendo; alteram etiam plenam reclusis, quas Indis ad eos conciliandos damus, ut sunt campanulae, pectines, cultelli, hami piscatorii, acus, filum, et caetera hujusmodi. Habemus etiam Stoream parvam, cum sub dio cubandum, (quod frequens est.) aliam etiam majorem pluviae arcendae idoneam: famuli etiam aliqua deferunt venatui necessaria, (84.) eique in cibum postmodum, si quid ceperunt, parando. In itineribus conamur, quantum possumus, vesperi ad domum aliquam Anglicarum vel Indorum oppidum appellere: sin minus, excendimus, et Patri quidem incumbit naviculae cura, ut firmiter littori alligetur, deinde ligna colligendi ignemque struendi, interea dum alii duo venatum abeunt, ut si quid capiant paretur; sin minus, nostris nos cibis reficientes juxta focum cubantes somnium capimus. Si pluviae metus immineat, napale erigimus, store-

aque majore injecta tegimur; nec animo minus læto, Deo sit laus, tenui victu duroque lecto hic utimur, quam commodiore in Europa: Præsenti scilicet Solatio, quod Deus tamquam arrham ejus, quod in futuro daturus est, fideliter in hac vita laborantibus, nobis impertit, dulcedine quadam difficilia omnia aspergit, præsertim quod divina ipsius majestas supra communem modum nobis adesse videatur. Nam spectata linguæ hujus difficultate, tantâ ut nemo nostrum adhuc sine interprete Indos alloqui possit. (Quanquam P. Rogerius Rigbæus in tantillum assecutus est, ut speret se brevi posse iis de rebus familiaribus agere, eosque quantum satis est ad Baptismum suscipiendum, instruere (85.) brevem enim catechismum interpretis ope jam composuit.) hic, inquam, spectato mirum videri debet, nos quidquam apud ipsos efficere potuisse, præsertim cum alium non habeamus interpretem, præterquam juvenem, qui eorum linguam non adeo peritus sit, quin aliquando risum ipsis moveat; sic ut animos aliquando pene despondere videremur, patientiâ tamen superamus, et paulatim ad id quod volumus eos pertrahimus.

Visum est etiam Divinæ bonitati, virtute suæ crucis quiddam supra Naturæ vires efficere. Res ita se habuit, Indus quidam a Patria dictus Anacostianus, jam Christianus, dum iter cum aliis per sylvam quandam faceret, comitibus paululum præcedentibus, quidam barbari illius populi, quem

antea dixi, Sesquehanni ex insidiis cum improvise adoriuntur, hastâque ex ligno locustâ dicto forti et levi, ex quo arcus suos faciunt, ferrea cuspidè oblongâ, de latere in latus, dextro scilicet in sinistrum uno palmo, sub axilla prope ipsum cor perfodiunt, foramine utrinque duos digitos latos, ex quo cum homo subito corrueret, inimici ocyssimè fugiunt, amici autem, qui processerant, (86.) inopinato strepitu et clamore revocati, redeunt, sublatumque e terra ad navem, quæ non procul aberat, indeque domum suam Piscatavii deferunt, ac elinguem et absque sensu relinquunt. Re perlata ad P. Vitum, qui prope forte aberat, is sequente mane accurrit, hominemque reperit jam pro foribus in storea prope focum depositum, et corona popularium suorum cinctum; non quidem omnino elinguem, vel sine sensu, ut pridie, sed mortem certissimam in momenta pene singula operientem, et voce lugubri una cum amicis astantibus (ut moris est præclariore hominum istorum generi cum certo creduntur morituri) canentem. Ex amicis autem aliqui erant Christiani, voxque illorum, quam musicè quidem, sed mæsto vocis flexu modulabantur, ea erat; vivat Deus, si ita tibi placitum fuerit: eamque identitem repetebant. Donec Pater moribundum affari aggrediretur: qui Patrem protinus agnovit, ei que vulnera sua ostendit: ejus Patrem magnoperè miserebat: verum cum adverteret periculum præsentissimum esse, omissis aliis, breviter

fidei capita perecurrit, ac dolore peccatorum excitato, ejus confessionem accepit: deinde (87.) animum ejus spe ac fiducia in Deum erigens, Evangelium quod super agrotos legi solet, necnon Litanias B. Virginis Lauretanas recitavit, docuitque sanctissimis ejus precibus se commendare, sacratissimumque Jesu nomen sine intermissione inelamare.

Deinde Pater reliquas Sacras Sm^æ Crucis, quas in theca ad collum appensas gestabat, sed jam detraxerat, ad vulnus utrinque, ante discessum, applicans (nam discedere oportebat ad senem quendam Indum, qui ante crastinum moriturus certo putabatur, baptismo impertiendum) monuit adstantes ut cum spiritum ultimum reddidisset, ad Templum, Sepulture causa, deferrent. Jam Meridies erat cum Pater discedebat, ac die sequenti, eadem horâ, cum forte navicula veheretur, videt duos Indos naviculam remis se versus impellentes, cumque appulissent; alter eorum pedem infert in eam, in qua Pater erat. Qui dum hominem fixis oculis cunctabundus intueretur (ex altera enim parte facile ex facie eundem, quis esset agnoscebat, ex altera vero dubitabat, memor in quo statu eum pridie reliquerat) is, subito explicato pallio vulnorumque cicatriceibus, (88.) sen potius rubra utrinque macula, quasi vulneris vestigia, ostensa, dubitationem omnem protinus eximit: verbis præterea magno cum gaudio exclamat, se omnino sanum, neque ab ea hora, qua Pater heri discesserat, se

desiisse sanctum nomen Jesu invocare, cui recuperatam valetudinem tribuebat. Omnes, qui cum Patre in navicula erant, rem omnem et oculis et auribus usurpantes, in Dei laudem et gratiarum actionem erumpentes, magnopere hoc miraculo exhilarati, et in fide confirmati sunt. Pater, vero hominem admonens, ut, memor semper tanti tamque manifesti beneficii, gratias agat, nomenque illud Sanctiss^m. Sanctissimamque crucem amore ac honore prosequi denuo pergat, eundem abs se dimittit. Ille igitur rediens cymbam suam una cum altero fortiter remo impellebat, quod, nisi sanus et viribus integer, non potuisset. Hæc summa est laboris simul ac fructus hujus anni: unum tamen restat non omnino omittendum, parce tamen libandum; istuc scilicet, non defuisse patientiæ occasionem ab iis, a quibus potius auxilium et tutelam sperare æquum fuerat; qui in res suas nimium attenti, (89.) Ecclesiasticam immunitatem violare non sunt veriti, operam dando, ut leges olim istius modi in Anglia perperam latæ et servatæ, hic similiter vim suam obtineant. Ne cui scilicet personæ vel communitati etiam Ecclesiasticæ liceat, quavis ratione, etiam dono quidquam terrarum acquirere aut possidere, nisi licentia magistratus civilis prius habita. Quod cum nostri dicerent Ecclesiæ legibus oppugnare, missi sunt ex Anglia duo Sacerdotes qui contra dicerent. Sed contra quam putabatur factum est. Nam nostris rationibus auditis, reque

ipsa clarius perspecta, in nostram sententiam facile concessere, et plerisque etiam laicis. Coronidis loco illud addo, duos alios recenter huc ex Anglia magno solatio nostro advenisse, post navigationem molestam quatuordecim hebdomodarum, cum alioqui non soleat esse nisi sex vel octo. Sed de iis eorumque laboribus ac fructu alias, si Deus dederit. Speramus quidem cum fore copiosum, quantum augurari licet ex eorum fervore, animorumque inter omnes consensione, cum illud certissimum sit Ejus in nobis existentis indicium, qui est summa unus, totiusque unitatis principium.

(90.) A. D. 1654. In Marylandiam hoc anno destinatus P. Franciscus Fitzherbert arduam expeditionem, et laboriosum atque longinquum iter, inter ignotos homines moribus ac religione discrepantes, sine comite, singulari animi magnitudine et alacritate, ad primum moderatoris nutum ingressus est. Nec defuit toto itinere ex fiducia in Deum et patientia copiosa in meritum seges. Quatuor simul Anglia solverunt navigia, quæ, occidentales insulas prætervecta atrox accepit tempestas, et navem quidem qua Pater vehebatur, tam violenti quassarunt fluctus, ut frequenti ruina fatiscens, deploratam pene traheret sentinam. Enimvero egerendæ exhauriendæque aquæ, quaterni simul homines, non e nautica solum turba, sed etiam vectorum, sua quique vice, ad vastam antliam perpetuum laborem dies ac noctes exudabant. Quare commutato cursu

in insulam, quam Barbados Angli appellant, vela vertere animus fuit, deserta cum mercibus oneraria, scaphæ se committere. Sed illud quoque intumescens adversis flatibus pelagus, (91.) et immanes undarum moles prohibuerunt. Plurima mortis imagine omnium oculis obversante, exitu metum familiaris jam metuendi consuetudo pene excluderat. Duos omnino menses tempestas tenuit, unde non maris aut cæli vi, sed sagarum maleficio excitatam opinio fuit. Protinus muliereculam veneficii suspectam arripiunt, et durissima examinatam questione, (jure an injuria?) De summo malo suspectam necant. Cadaver, et quidquam ad illam pertinuit, in mare effundunt, non tamen ideo aut vim venti, aut furens Oceanus minas remittit. Accessit ad tempestatis incommoda morbus, qui per singula pene grassatus capita, non paucos extinxit. Veruntamen Pater nisi quod vehementiùs versanda et exercenda antlia, dierum aliquot febriculam contraxit, ab omni contagione intactus et immunis extitit. Multiplici perfuneta tandem miserante Deo præter omnium spem Marylandiæ portum oneraria tenuit.

A. D. 1656. In Marylandia hoc proximè superiori anno nostri gravi defuncti periculo, magnis difficultatibus et angustiis sunt conflictati, (92.) et acerba tum ab hostibus perpassi, tum a suis. Angli, qui Virginiam incolunt, in Marylandiæ colonos, ipsos pariter Anglos, fecerunt impetum: et

Marylandiæ quidem Præfectum cum aliis pluribus, pacta certis conditionibus salute, in deditionem acceperunt. Verum violatis perfidi conditionibus, 4 ex captivis et quidem tres ex illis catholici, summo Religionis odio sunt trajecti plumbeis glandibus. In nostras ades irruentes, impostores, ut appellabant, ad mortem deposcebant, certam deprehensis carnificinam intentantes. Cæterum Patres ante ipsorum ora, Deo protegente, cymbalâ ignoti prætervehantur; libri, suppellex, et quidquam domi erat, prædonibus cessit. Ipsi cum universæ prene rei familiaris ac domesticæ jaeturâ, magno etiam capitis adito discrimine, clam in Virginiam delati, in summa rerum necessariorum inopia, vix et ægri vitam tolerant. Tuguriolum incolunt vile, humile ac depressum, non multum absimile cisternæ, aut etiam sepulchro, in quo magnum illud Fidei propugnaculum, S. Athanasius, plures annos latitavit. Ad cæteras ipsorum misérias, et illud accessit incommodi, quod quidquid hoc anno solatii, aut subsidii, stipis nomine, a piis in Anglia hominibus destinatum fuit, interceptaque vehabatur navi, malè perierit. (93.) Sed nihil illos ægrius habet, quam quod ne vini quidem quod satis sit ad altaris mysteria conficienda suppeditet. Famulus illis nullus vel ad domesticos usus, vel ad iter per ignota et suspecta loca dirigendum, vel etiam ad cymbam, si quando usus sit, propellendam ac gubernandam. Sape per spatio-

sa et vasta flumina alteruter eorum, solus et incomitatus, longinqua navigio metitur ac remittitur spatia, non alio cursum regente Navarcho quam Divina Providentia. Jam et hostis absit et illi Marylandiam remigrent, quae a suis pridem perpassi sunt, et quae adhuc imminent, non multo sunt tolerabiliora.

A. D. 1669. Missionem Marylandicam excolunt è nostris sacerdotes duo, tertius in æstu laborum et messis P. Petrus Mannerius, improviso e medio sublatus est, non minori incolarum luctu quam jactura, tum quia regionis temperie jam sexennio occaluerat, tum vel maximè, quia vir erat Apostolico spiritu plenus, quique magna meditabatur; ejus virtutes cum jam in elogium mittendum digestae sint, pluribus hic supersedeo. Ad resarciendum hoc damnum missi nuper sunt hoc autumno alii sacerdotes duo cum coadjutore temporali, (94.) qui duobus ibi præexistentibus annumeratis, Missio illa constabit ex 4 sacerdotibus et coadjutoribus temporalibus tribus.

A. D. 1670. In hac missione tres sunt sacerdotes et totidem adjutores temporales. Hoc anno memorabile quiddam accepimus, quod etsi multis abhinc annis ibidem contigerit, et verisimile sit in Annales nostros superiorum temporum relatum esse, quia tamen hoc ipso anno a nostris huc perspectum est, etiam authentico testimonio oculati testis et notarii publici confirmatum, visum est hic

rem breviter saltem attingere. Hoc anno præfari tamen me oportet esse, scilicet hoc in more positum institutoque Catholicorum qui Marylandiam incolunt, ut tota nocte 31^o Julii, diem S. Ignatii memoria sacrum consequente, festo tormentorum sono Præsidi suo tutelari et Patrono Sancto gratulentur. Anno itaque 1646, sollemnis sui moris memores, peracto anniversario Sti. Patris die, etiam noctem ejusdem venerationi continua tormentorum explosione dicatam voluere. Illo tempore in confiniis loci quidem milites agebant, (95.) reipsa injusti prædones, genere Angli, cultu heterodoxi, qui anno superiore navibus advecti Coloniam fere totam armis invaserant, diripuerant, incenderant; deinde sacerdotibus abductis, ipso etiam Governatore in exilium pulso, in miseram servitutem redegerant. Illi in Arce quadam munita, defensionis sui causâ extructa, præsidium habebant, quinque circiter milibus passuum a cæteris dissiti: sed nunc nocturno bombardorum fragore exciti, postridie, id est primo Augusti die, cum armis advolant, in aedes Catholicorum irrumpunt, et quidquid armorum aut nitrati pulveris inveniunt, diripiunt. Cum tandem aliquando prædando finem fecissent, jamque abitum adornarent, unus ex illis gregariæ sortis homuncio, et scurra non tantum illiberalis, sed etiam blasphemus, ausus est vel ipsum Ignatium fœdis dieteriis, factoque fœdiore lacessere. In malum crucem, inquit, abite Papistæ, quibus

cordi est vestro Sanctulo displois bombardis applaudere. Mili quoque bomba est, et ego illi plausum dabo, tam misero Sancto aptum magis et congruentem. Hoc dicto, honor sit auribus, sonoro crepitu insonuit, et abiit, gregalibus ejus petulanti cachinno arridentibus. (96.) Sed care misero stetit impia et inimica scurrilitas. Nam vixdum ad ducentos passus inde processerat, cum intus commoveri sibi viscera sensit, seque ad secessum sollicitari; et iterum altero tanto vice confecto, secendum illi fuit, querente de inusitato ventris dolore, cui similem in omni vita haud unquam senserat. Itineris reliquum, quatuor nimirum millia passuum, navi confectum est; quo spatio saeva viscerum tormina ventrisque profluvium saepius illum exscendere coegerunt. Ad arcem appulsus, præ nimio dolore, vix sui compos, modo se humi volutat, modo in scamnum stratunve se projicit, horrenda voce usque exclamans: ardeo, ardeo, incendium est in ventre, incendium in imis visceribus. Praesidarii deploratam sui commilitonis sortem miserati, illum denuo cymbæ impositum trans flumen devehunt, ad quendam Thomam Hebdenum chirurgicæ scientem. Sed malum longius processerat, quam ut ab arte liniri, nedum levari posset. Interea ex ore miselli haud aliud audisses, quam illud notum et ferale carmen, ardeo, ardeo, incendium, incendium. Postero die, qui fuit Augusti secundus, ingravescente in horas intolerabili dolore, (97.) ipsa cœpe-

runt ilia posticâ parte affluere. Tertio autem Augusti, intestinorum segmina majora, quorum hæc pedem, illa sesquipedem, alia tres pedes longa fuere, furibundus et rugiens eiecit. Quartus denique dies sentinam totam exhaustit, sic ut nihil præter abdomen inane et vacuum reliqui fecerit. Diem tamen quintum superstes orientem vidit, quando videre et vivere infelix desiit, exemplum posteris futurum vindictæ divinæ mortales commomentis: "discite justitiam moniti et non temere divos." Defuncti intestina ad plures menses è palis suspensa innumerî spectaverunt, adhuc superstites: inter quos et ille qui testimonium perhibuit de his, et oculis vidit, et manibus tractavit nigricantia et quasi flammis adusta viscera moderni hujus Judæ, qui et ipse suspensus eripuit medius et effusa sunt omnia viscera ejus.

A. D. 1671. Missio Marylandica quatuor habet sacerdotes et coadjutores temporales duos. Missio hæc prosperè succedit, ut ex proximis literis accepimus, et messem refert non mediocrem, majoremque redderet, si plures (98.) eam colerent operarii. Ex iis qui posterioribus annis eo missi sunt, pauci admodum supersunt, reliquis funere sublatis, quorum e numero hoc anno fuere P. Gulielmus Pella-mus, et Thomas Sherbornus coadj. temporalis. In hac missione adducti sunt ad Catholicam fidem quinquaginta, e quibus multi primariæ notæ. Baptizati vero quinquaginta quatuor, et viginti acceptæ confessiones Generales.

A. D. 1672. Missionem Marylandicam duo excolunt sacerdotes, quibus juncti sunt ad rerum temporalium ac domesticarum curam totidem coadjutores. Numerantur ab ultima ratione reddita ad Ecclesiam adducti septuaginta quatuor. Baptizati centum, confess. gener. exceptæ 20.

A. D. 1673. Hoc anno duo sacerdotes et unus coadj. hic versantur. Illi in confirmandis in fide Catholicis, ac pietate imbuendis, operam præcipuè collocant. Sed et cum hæreticis etiam ex occasione agunt, atque ex his 28 Ecclesie aggregarunt. Infantes vero ad septuaginta per sacrum Baptisma Christo genuerunt. Cæterum in partem laborum et messis duo Patres ex S. Francisci familia altero anno ex Anglia missi, ingressi sunt, (99.) quos inter nostrosque ac necessitudinis officia in commune rei catholici bonum mutuo exercentur.

A. D. 1674. Missio tres habuit socios, sacerdotes 2, unicum coadjutorem: Hic quidem rebus temporalibus invigilat: illorum vero opera triginta quatuor ad fidem et Ecclesiam Catholicam adducti sunt. Baptizati 75. Confessiones gen. except. 7.

A. D. 1675. Proximo exeunte Autumno novo incremento aucta est [Missio] quatuor Sociorum, duorum Sacerdotum nempe, totidemque coadjutorum qui sub finem Octobris cum Regia classe Londino solverunt, quos omnes salvos et incolumes ad eas oras appulisse ex literis P. Fran. Pennington accepimus, qui tamen affirmat, So-

cium suum P. Nicolaum Gulichium, qui in navi gravem morbum contraxerat, graviter etiamnum laborare, verum minimè de ejus salute dubitari. Quem vero fructum in vineæ hujus cultura retulerunt nostri, nondum intelleximus.

(100.) A. D. 1677. Missio Maryland. numerat 6 socios, aucta nimirum est, sub finem anni duobus sociis, altero sacerdote, altero coadjutore Laico. Hinc e vivis discessit Franciscus Knatchbull coadjutor temporalis. Admissus hic est in Societatem Walteriis 20^o Nov. 1671, ac dum in Tyrocinio adhuc esset, magno zelo missionem Marylandicam expetiit, quam tandem obtinuit sub finem anni 1674, in qua tamen non amplius biennio licuit illi superasse, 6 enim Januarii incuntis anni morte sublatus 1677.

CORRIGENDA.

Page 11, 21st line, for *pnis*, read *pivs*.

Page 12, 9th line, for *siao*, read *sinu*.

Page 13, 5th line, for *paragi*, read *peragi*.

NOTES.

Page 114 of F. PUBLICATION, No. 7: Note 28, p. 51, is incomplete: there should be added the following:

At Georgio non licuit per breve commorationis tempus in Virginia A. D. 1628, res propriis oculis videre, sed solum audita colligere.

Voluit enim dux itineris, coloniae quam in Marylandiam deducere cogitabat, programma vel prospectum proponere, quo regionem describebat ex diversis peregrinorum relationibus, ut colonos invitaret et alliceret ad experimentum tentandum. Fides, igitur, narrationi adhibenda, est penes testes ex auditu, vel fortè, si ex visu, res modo peregrinatorum amplificavere.

But George on account of the brief duration of his stay in Virginia, in the year of our Lord 1628, could not have seen things with his own eyes, but could only have collected the Reports of others.

For the leader of the expedition chose to set forth to the Colony which he intended to lead to Maryland, a manifesto or prospectus, in which he described the country according to the various accounts of strangers, in order to invite and attract colonists to try the experiment. The credit to be reposed in the recital, therefore, must be such as is given to witnesses by hearsay, or if they were eye-witnesses, they exaggerated things after the fashion of travellers.

P. 52, F. PUBLICATION, No. 7: bis centuplò semen reddat. . . .
Hæc verba utique non intelligenda sunt de *Tritico*, sed tantum de *frumento Indico*, (Maize.) Nihilominus, nullibi regionis

illius ternæ dantur Messes frumenti Indici, neque reddit unum granulum grana 1600, sed ad summum 300: procul dubio hæc fuerit amplificatio Smithiana.

The seed yields two hundred fold. . . .

These words are certainly not to be understood of wheat, but only of Indian corn. Nevertheless, Indian corn does not produce three crops a year anywhere in that country, nor does one grain yield 1600, but at the most 300: doubtless this must have been one of Smith's exaggerations.

The following are to be Noted. FUND PUBLICATION, No. 7.

- P. 11, line 11, *for* celoris nostri, *read* celocis nostræ
 12, " 9, Sabbatum, *should be rendered* Saturday.
 15, " 14, *for* maleficas, *read* maleficos.
 16, " 11, *for* Exomo-expiare, *McS. has* exomologesi.
 18, " 3, *the blank is supplied in McS. ms. by* Siom.
 18, " 5, *for* prætervecti, *read* prætervectis.
 20, " 19, *after* diligentibus, *supply* Deum.
 21, " 17, *for* (Sparorum,) *McS. has* Spanular.
 22, " 18, Dominus *should be rendered* Mr. not Lord.
 25, " 10, *for* Berberia *McS. has* Berberin.
 25, " 22, *for* fructa *read* fructu.
 26, " 19, *for* Guacia *McS. has* Gnaccar.
 27, " 6, *for* aperosiore *read* operosiore.
 29, " 20, *for* mareseat *read* mareescat.
 48, " 8, *after* gradum *add in* Aquilonem.
 50, " 14, *for* simagma *McS. has* sinegma.
 50, " 21, *for* Mesamini *McS. has* Mesamines.

Pp. 34, 35, F. P. No. 7. HENRY FLEET.

Captain Henry Fleet was well acquainted with the Patowmac River and the Indians dwelling upon its banks. In Neill's

“Founders of Maryland” is published his “Brief Journal of a voyage made in the Bark Virginia, to Virginia and other parts on the Continent of America,” in 1631. He was a member of the first General Assembly of Maryland, held at St. Marie’s, January, 1637, o. s.; and his name is entered as Capt Henry Fleete, gent. of St. George’s hundred. For an interesting account of Captain Fleete, see Streeter’s “Papers relating to the Early History of Maryland,” pp. 65–92.

The Latin word “Tayaenus,” which appears several times in this Supplement, viz: p. 6, Tayacum, p. 7, Tayaeo, p. 11, Tayaenus, p. 12, Tayaeo, p. 13, Tayaci, p. 15, Tayaeo, p. 27, Tayae, is always translated by Dr. Brooks, (see F. P. No 7, pp. 63, 64, 66 bis, 69, 83,) Tayae. This translation makes Tayaenus to be the personal name of the Emperor of Piscatawaye, whereas it is the Indian name of his official rank or dignity. A comparison of the statement of the author of the Letter on page 7 of this Supplement, (page 64 of the F. P. No. 7, where Imperatores should be rendered Emperors, not Rulers,) especially where the difference between the authority of a King and a Tayae is explained will show this, we think, conclusively. The translation, therefore, of “quanquam Tayaeo,” p 7, line 23, should be, not as in Dr. Brooks’ translation, (p. 64, P. F. No. 7,) “though Tayac,” but though *a* Tayae. In the other places referred to above, the correct signification will be given by prefixing *the*, e. g. “the Tayac,” &c., &c.

Moreover, p. 16, line 2, the personal name of the Tayae was “Chitomachen,” for which, at his baptism, was substituted his Christian name, “Charles” And on page 22, after the death of “Magni Tayaci” (the great Tayae) his successor at Piscatawaye is not styled Regina but “Imperatrix.” (? Tayaea)

The following interpretations of Indian Names of Places, &c., found in F. P. No. 7, have been kindly furnished by the Reverend Missionary referred to in the Preface. He does not give them as certain and positive explanations, but only as probable conjectures of their true meaning.

1. (Potomac.) Patomeack, p. 31, Attomeck, p. 49, Patemeak, p. 81.

The apparent meaning of these words has relation to fishes (small fishes). It would be spelled in Odjibwe, Botòmeg. Botò (Plural Botò-iag) means *tadpoles*.-meg, in composition means *fish*: therefore the word Botòmeg (Potomac) would signify swarms of *young fry, newly hatched*. In confirmation of this supposition is the varied form, Attomeck = in the Odjibwe language to Atawameg. Ato, contracted from Ataw (Atwa) means *turning side-ways, &c., &c.*-meg, *fish*, as above. Hence *small fishes turning side-ways, when playing in the waters, on calm and sunny days*. The general meaning would be—*the River full of swarms of small fry,—where fishes spawn in shoals*.

2. Archihu, p. 33: it may be the equivalent, of the Odjibwe word, Wädjü, mountain.
3. (Piscatawaye) Pascatawaye, p. 34. This word in Odjibwe is spelt Biskät-äwe. Bisk means *to fold up and to tie in a knot*.-ätä in composition is generally applied to *fibrous capillary tissue, wool, hairs, &c., and also to the hairs of the human head, when fixed in a particular manner*.-äwe, *to have, to be in the state of having*. Hence Biskätäwe means *one who has his hair plaited or twisted up side-ways and backwards*. See the Indian manner of wearing the hair, p. 33, F. P. 7.

We have another instance of a similar fashion among the great tribe of the Ottawas, whose name is derived from Od-ata-we-wad, *those who have their hair tucked up on the front of the head*.

Hence their appellation by the early French traders of the "*nation des cheveux relevés*." Likewise they called the Hurons, on account of having their hair arranged in such a way as to represent the bristles (*la hure*) of a wild boar's head.

4. Yaocomico, p. 36. This word is spelled in Odjibwe Aiagomomo-ogo; it is formed of Āgo (contracted from Āgwi), *to stick to, upon, to rise, to stand upon*. A-i-ago, the first *a* is the sign of reduplication, *i* is euphonic. 1° *m* is the stem of the personal pronoun, 2° *ām* in composition means *water*.-ōg'o in composition means *waves*, the motion of *waves agitated*, &c.

Therefore the word A(i)-āgō-mo-ōgo, means *he that is floating on water, tossed to and fro*.

5. Susquehanoes, p. 37, Susquehannocks, p. 128. In Odjibwe, Sās-kwē-ān-og. Sās-k, means *rubbing, sweeping, grating*, &c., *k* is the sign of prolongation. -we in composition, means *sound, voice*, &c. -ān in composition, means the effect produced by the waves agitated by the wind -og is a plural animate termination. Hence Sās k-wē-ān-og, *those who live in a place where the surf is heard beating (grating) on the shore*.

6. Pone. Omini, p. 39. In Odjibwe po-n-ān, in composition, means *food*, &c.

O-mini, means *grain, berry, corn*, &c., the meaning might be, *a pottage made with grain*. Omini (Hominy) is in fact made of maize broken, and boiled soft. (Ed.)

7. Ya-ho! Yahoo! p. 42. Taho! Taho! p. 121. These are interjections of *surprise, joy, admiration*, also of *indignation* or *astonishment*. The former is spelt in Odjibwe, Niäh! and is proper to the women and girls only. The latter in Odjibwe Taiäh! or Ataiäh! is peculiar to men and young men only.

8. (Chesapeak.) Cosopeak, p. 31, Chespeack, p. 48.

(a) Cosopeak, seems to be the Odjibwe—Gōns-ābig. Gōns—means *swallow up, to be swallowed up*, properly and

figuratively. -ābi-g means *water*, and with the affix *g*, on the surface of the water. Therefore Gōnsābig might mean *a sheet of water extending through the land*, (in French, *une baie qui s'enfonce dans les terres*.) probably on account of the long extent of the bay.

(b) Chespeack would be spelled in Odjibwe, Tchissābig, or Jejeābig.

Tchiss means in Odjibwe *an object with a sharp point, pointed*. Hence they call a turnip *tchiss* on account of its form. They also use the same root to signify *piercing sharply, pricking with a sting*. -ābig, as above. Therefore the meaning would be, *a Bay going at the bottom into a point—a long sheet of water, wide at the opening and straitened at the bottom*.

If the spelling be Jej(c)ābig or jēshābig, then it would mean *lengthening, stretching out, opened, to set open*. -ābig, as above. Therefore *jeshābig* would mean *a sheet of water opening more and more—wider*. Probably from the aspect of the Bay, seen from the mouth of the Potomac. The two meanings would vary according to the situation, from which the Bay is looked at, either from the offing or from the bottom.

9. Mesamini, p. 50. Chesamines, p. 124. The words are spelt in Odjibwe Misamin and Tchissamin.

(a) Misa, more commonly Mitcha, and under another form Manga, means *large, big, bulky*. The same root as in the word Misisibi (Mississippi), Large River.

(b) Tchesamines, in Odjibwe, Tchiss amin-ins, diminutive termination (*vide* above.). min, the radical meaning is *separation, division, split into parts*, v. g. a grape is a fruit divided into separate berries; the same may be said of ears of corn, wheat, oats, currants, &c., all of which, in Odjibwe, is expressed by the termination, min.-miness *the thorn bush berry*. The meaning is *a large, big berry, or a berry having a pointed shape, or a kind of thorny bush-berry*.

10. Metapawnien, p. 63. Mettapanient. Mattapany, p. 127. The word in Odjibwe is spelled Mād-ābāning Mādāb. Mādā means radically *to be wet, soaked, steeped in water, or with vapor, steam, dew, &c.*, e. g. Madodo, *he takes an Indian vapour-bath: Madone-wabik, the heated stone plunged into water to procure vapour for that bath.*-ābān, *at or to, or on the water.* Therefore the word Mādābān, means *the road, path, terminating to the water of lake, or river;* and Mādābān-ing (at) *at the place where the path out of the forest terminates at, or reaches, the water.*
11. Macquacomen, p. 63. In Odjibwe it is spelled Makwāgomin, by abbreviation Mākwo-min. Makwa, (Makwo *a bear*;) probably means *curve, curved, bent, gathered up into a ball*—from the state in which the bear winters in its den. -min, (see above,) the meaning is *the bear's berry, sorb, service berry.*
12. Patuxent, p. 63: Patuxen, p. 80. Perhaps it might be Potuxent—for Potu(x)end, which in Odjibwe would be Potu-enda. Potu (*tobacco powder*)-enda, for endad, which comes from the root dā, and means *to stay, dwell, abide permanently, to have his home somewhere.* Therefore the meaning would be: *The place where grows the Potu, (Tobacco.)*
13. Uwanno, p. 65. In Odjibwe *wawono*, by contraction *owono*, *to howl like the wolf, owl, &c.*
14. Chitomachen, p. 74; Chilomachan, p. 128; Chitomochen, p. 16, Sup. The first word perhaps is to be spelt, as in Odjibwe, Atchitamadjije, *he that comes down along a very steep mountain, or he that comes down a mountain headlong.* If only Atchitamadjiw, it would mean *a very steep mountain.* Chilomachan would be a *variante.* *The resounding mountain*, perhaps on account of some echo.
15. Anacostans, p. 76. Anacosta, p. 128. It may be for Nanakwita, (Nanakōita) *one who prepares himself for self-defence, to resist an attack.*

16. Pamake. Pamac, p. 82. The former word would mean *an opened country, where one can go hither and thither, without difficulty.*
17. Portobacco, p. 82, is for Potu-băgo. Potu, *tobacco*, băg, on, *Leaf, leaves,—Tobacco-leaves.*
18. Mosorcoques, p. 128, means probably the *Elk, (female,) woman, girl.*
19. Kittamaquindi. Kittamaquindi, p. 127, in Objibwe, is spelt Kitamagwinde, (Kitāmagoinde,) *what is floating deep, solidly in the water.*

E R R A T A.

P. 21, line 6, (80.) should be (81.)

P. 22, " 1, (81.) should be (82)

Date Due

	01761		
MAY 23 '56			

BOSTON COLLEGE



3 9031 01569765 9

BOSTON COLLEGE LIBRARY
UNIVERSITY HEIGHTS
CHESTNUT HILL, MASS.

Books may be kept for two weeks and may be renewed for the same period, unless reserved.

Two cents a day is charged for each book kept overtime.

If you cannot find what you want, ask the Librarian who will be glad to help you.

The borrower is responsible for books drawn on his card and for all fines accruing on the same



